

Hab. in rupibus locisque saxosis maritimis Mad. et Portûs S<sup>u</sup>; a vulgatiss.; ab incolis "*Barilla*" dicta.

Calyx simplex, *Suædæ* Mert. veræ.

21. *Suæda tomentosa*, nob.

*S.* fruticosa, ramis fragilibus, superne foliisque carnosis, subteretibus, obtusiusculis, fasciculatis, incano-tomentosis.

Hab. in collibus maritimis Promontorii P<sup>ia</sup> Saõ Lourenço dicti Maderæ rariss; etiam in Portu S<sup>o</sup>.—In insulis Canariensibus invenit cl. P. B. Webb, arm. In Herbario Banksiano sunt exempla, a cl. Masson olim in "Insula Desertas prope Madeiram" et "Promont. S. Lourenço" sine floribus fructuve lecta, monente amico J. I. Bennett. Hieme (Dec. Jan.) floret. Calyx simplex; nec spinescens, nec membranaceo-dilatatus.

POLYGINEÆ.

22. *Rumex maderensis*, nob.

*R.* paniculis amplis, aphyllis, multifloris: floribus hermaphroditis: valvis nudis, integerrimis, orbiculatis, reticulato-membranaceis: verticillis paucifloris: foliis hastatis, acutis, succulentis: caule frutescente.

*a.* *glauca*.

*β.* *virescens*.

Hab. in rupibus Maderæ ubique, vulgatiss.

Suffrutescens, 1—2-pedalis. Flores mense Junii rupes maritimas excelsiores colore pulchre lateritio ornantes. A. *R. scutato* L. distinctam primus admonuit Cl. Lemann.

PLUMBAGINEÆ.

23. *Armeria maderensis*, nob.

*A.* caule suffruticoso, simpliciusculo, humili, parum ramoso, ramisque brevissimis, subcespitosus: foliis fasciculatis, gramineis, latiusculis, lanceolato-linearibus, acuminatis, planiusculis, lævibus, lucidis, glabris, quinquenerviis, integerrimis: scapis teretibus, lævibus, glabris, foliis 3—4-plove longioribus: floribus pedicellatis, fastigiato-capitulatis: capitulis oblongis, truncatis, pedunculatis, umbellatis, bracteolatis; umbella